



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

29. De quadam puerpera D. Virginem per blasphemiam, schrosam
appellante, quæ mox diuinam persentiens vltionem, nigellas vno infelici
partu edidit scrofulas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

mare misera non desinit, irruunt dolores scilicet
 sim acerbiore, puerumque tandem enixa est
 ita miserum, vt frustulatim in lucem fuerit e-
 ditus (quemadmodum mihi oculata testis nar-
 ravit) incredibilibus impig matris cruciatibus,
 & intolerandis tormentis. Neque sanè à fieri
 alienum videri homini Christiano debet, si
 Mariam sine dolore puerperam, sine matronae
 matrem, sine corruptione virginem religiose
 ad auxilium de more iuuocatam singulari sol-
 latio succurrere.

*D. VVilhelmus Lindanus in Apologetico 2. religiose
 Catholice. ca. 11. De quadã puerpera D. virginem
 per blasphemiam, scrofam appellante, qua mors de
 animam perferens vltionem, nigellat vna infans
 partu edidit serofulas.*

CAP. XXIX.

Motibus illis eo Gœffcorum anno vixit
 dum exortis, muliercula quaedam oppo-
 do Hollandiæ aspera paturire coepit: com-
 nère vicina atque cognata: vbi illa eniteret
 difficilius, & grauissimè non minus quàm pe-
 riculossimè laboraret, vna circumstantia
 pro ex more puerperam admonet, vt D. virgi-
 nem Mariam inuocaret auxiliatricem. Cuius
 la, Quid mihi istam, inquit, dicis scrofam
 Erat namque infelix Anabaptistarum delin-
 capta, qui supra omnes ferè diuos vnam illam
 sanctorum sanctam Deiparam virginem Ma-
 riam execrantur, oderuntque infensus. Vn-
 ria

rum quidnam acciderit, accipe. Pro maledicti blasphemiam, fuit & DEI plaga, qua nefariam suæ matris vindicauit contumeliam. Actutum enim illa misera, quæ sacrosanctam virginem DEI genitricem MARIAM impuræ suis nomine blasphemârat, nigellas aliquot in lucem edidit, sed emortuas duas fuculas.

5. Vnum hoc exemplum, vt Catholicam nostram de pia Sanctorum inuocatione doctrinam solide iuxta ac liquido confirmat: ita insanam istorum sacrilegorum icoclastarum & bagiomachorū euerit Theomachiam. Quod aduerfarij cum probè haberent perspectum, collecta his super gestis informatione, productaque testium, quam vocant iurisperiti, turbam longè verissimam, & in vulgus notissimam suo percallido frustra conabantur obtere mendacio. Illos enim testes audire non dignabantur, qui de paradoxi huius puerperij monstro comperta, visaque dicere potuissent, vt ex ore Notarij N. fide dignissimus nobis narrauit, alijs plurimis audientibus. Lepidum vero illud, nec minus falsum quod in istos venientis hostes dictitabat Notarius. Cùm enim varios conuocarent, vereq; exquirent testes, ad rei tam memorabilis fidem semel obruedam. Vos illis videmini persimiles, inquit, qui de fure ad ostiarios percunctantur, quæta per posticum sciunt elapsam.